Poëtae latini recentiores. 8c

Schonaei Eliae: S. Nicolaus Glogoviae majoris miraculose redivivus in theatrum productus.

Glogoviae. 1628.

Nowo-tacin. Liter.

1131.

S. NICOLAUS GLOGOVIÆ MAIORIS MIRACULOSE REDIVIVUS, IN THEATRUM PRODUCTUS

Pararia opellâ

M. ELIÆ SCHONÆI GORL.
VENERAB. CAPIT. GLOG.
à SECRETIS.

GLOGOVIÆ
Literis Funccianis.
Anno 1628.

VIRIS
ADMOD. REVEREND. NOBB.
CLARISS. ET EMINENTISS.
DNN.
PRÆLATIS ET CANONICIS ECCL. COLLEGIATÆ
B. VIRGINIS:
TUM
NOBB. AMPLISS. CONSULTISS.
SENATUI POPULOQ.
CATHOL.
MAIORIS GLOGOVIÆ
SANCTUM HUNC REDIVIVUM
SUAM ERGA
HUNC PIETATEM
ILLOS OBSERVANTIAM
TESTATURUS.
OFFICIOSE CONSECRAT

Autor.

NICOLEI Brumæ medio fert tempore gemmas
Arbor, & in florem se induit ipsa novum.
Res mira ! & vulgo quam suspicit atq; tuetur
Quintevangelico subdita turba Logo,
Omen inesse putans victuræ relligionis
Luthericæ : at quivis somnia fingit amor;
Vester & Iste Luthericrepæ parit omina sortis
venturæ ; sed enim credere falsa jubet.
Non sunt hæc vobis non sunt data momina pal-
Catholico sed sunt ritè sacrata gregi. (mæ;
Nempe revicturũ hac sterilem tenus incultumq;
NICOLEUM graphicè hæc prævia signa notant.
Collige sarcinulas age nunc ex tempore, & exi :
nam gravis es Sancto, impure LUTHERE, meo.
Ante fores stetit ecce diu satis ipsus, avita
fas postliminio tecta subire siet. (tat :
Sed Capulo impositum Alecto en Calvinia por-
nosse Lutheriacam ut nemo queat faciem.
Solvite dum effertur sacra Vespillonia Patri,
Lutheridæ ; & Troes, dicite væ ! fuimus.
Sed Tu rumpe moras redivive ô DIVE, veniq;, &
quod facis hoc citò fac : Fata secunda precor.

Atq; en ! dum loquor hoc, redivivus prodit in auras,
Hoc Agite & claro, Divus, ab ore crepat
Huc mecum deserta diû sub tecta recede, (habes
Quisquis es à Christi & nomine nomen.
Nec mora continuo portis infusa sacratis
agmine conferto id Turba melos recinit:
„ Salve Sancte Pater, rursum salvete recepti
„ Sanctorum cineres, quas humus ista tegit.

II.

Προςφωνήσις
ad
Popul. Glogov.

Res vertére hodie; luces eluximus atras,
nuper & extulimus cum fletu funera Divi
eminus exequias lugubri mente secuti.
Gens ibat dilecta Deo, portataq; secum
semina amata sacro lacrimans credebat agello!
Iamq; redux sese agglomerat, prægnãteq; fructu
bajulat undantes vacua in granaria mergas.
Ah! te per quicquid possum rogo supplice palma,
Vrbicola, huc adverte oculos, spectacula cerne,
(namq; hoc ista sibi tempus spectacula poscit)
O propria hæc nobis! ut sint communia vobis

Tu

Tu placare DEUM flexo ne poplite cessa.
Hic DEUS est, verè hîc DEUS est, DEUS ille Deorum. (tûs.
Atq; DEI hîc Domus est, veri Domus una preca-
Ingredere atq; animam salva Babilone relicta.
Prævius ecce Tibi Præsul redivivus in ædem
(NICOLEOS Pataréus is est) præit author, ab
Corpore divini perfusus lumine nimbi, (omni
antiquæ DOCTOR Fidei Venerabilis: hunc Tu
Ocius insequere, & vestigia pronus adora.
Hîc etiam PAULOS ostendimus, hîc & APOLLOS
Nec nostrûm bona dicta DEI incrementa relinquunt,
quin iisdem propiora DEUS fomenta ministrat.
Plantat & hîc PAULUS, rigat hîc non segnis APOLLOS,
Fota suo DOMINUS quoq; præstat Numine; PAULUS
ne frustra plantet, frustra irriget ipsus APOLLOS.
Ito modo DOMINI quà Templum est, ito, DEOQ.
& PAULIS, ceu fas, & APOLLOS vivito dignus
En! ut diducto pandantur cardine portæ,
NICOLEOSQ. alto clamore VENITE VENITE
Increpet atq; vocet. DOMINI simul ibimus ergo
in penetrale dom9, volupe est terere Atria Templi

atq; audire DEUM ex interpretis ore Levitæ.
Ite quibus pridem finxit præcordia Titan
de meliore luto ſcripturi nomina veſtra
Seria, non ſimulata tamē; DEUS audit, & ipſum,
quisquis hypocriticæ ſubter velamine larvæ
hîc fallit, Larvæ fallent graveolentis Averni.
Sed maturato hîc opus eſt, dum gratia præſto eſt
multa DEI: cito qui cæpit, ſortitus is auſi
dimidium, & duplex munus benè litat ad Aram;
quod decuplo ſolvet cuivis JOVA DIVES IN
OMNES.
Ergo velis HODIE, non CRAS exſolvere, non
CRAS.
» Sola Promethei vox HODIE eſt vox fœta ſalutis:
» CRAS Epimethei vox & nutricula damni eſt.
AURES QUISQUIS HABET, CUPIDAS HUC
APPLICET AURES.

TANTUM EST.

Lipſius Cent. V. Miſcell.
Epiſt. 89. ad Paulum V.
Pontif. O. M.

Non poſſumus aliâ re, credo, efficacius frangere & calcare hæreſin, quàm hoc Miraculorum fulmine: ubi non verbis, ſed factis diſputamus; & impudentiſſimorum etiam oculos atq; animos perſtringimus iſta rerum majeſtate.

§. 519.

Judicium ſtatarium modo procedendi & forma inquiſitionis ordinaria haud tenetur. Senior aſſeſſor collegio gradatim exponat, quid agendum, quomodo in inquiſitione procedendum arbitretur. Judicium ſtatarium poteſtatem habet, teſtem, quiscumque is fuerit, confeſtim citandi, recuſantem vi etiam judicio ſiſti faciendi, & detinendi, quamdiu ad eum, vel cum aliis teſtibus, vel cum ipſo incuſato, veritatis eruendæ cauſſa, componendum, neceſſe fuerit. Senior aſſeſſor quæſtiones proponito, & reſponſa, quibus ferenda ſententia innitatur, actuario, ut protocollo inſcribantur, dictato. In deliberatione præſes aſſeſſorum ſuffragia juxta muneris ſenium rogato, rem ſecundum vota majora, vel, ſi hæc paria fuerint, ſecundum illa vota, quibus accedendum eſſe arbitratur, decidito.

In
laquen
atque
ſi abſte
tariusve
neri o
vam,
ca cauſ
tor.

Inc
rum de
ſufficien
nis act
tuendum
rium tr

Sin
ne ſente
licator